



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DXLVIII. Bischof Gottfried von Würzburg dispensirt auf Befehl des Papstes
Johann XXII. den Grafen Heinrich von Henneberg wegen seiner
Vermählung mit der Markgräfin Jutta von Brandenburg, den 3. Juli ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

cilli Viemensis nouissime celebrati, quam inciderunt pro eo, quod in gradu prohibito scienter matrimonium contraxerunt, et in sic contracto, ac carnali copula subsecuta, hactenus absque dispensatione sedis apostolice cohabitauerunt, absolucionis beneficium, auctoritate nostra ordinaria impendere valeas, iniuncta eis pro modo culpe et quantitate temporis, quo in simul cohabitauerunt, super quibus tuam conscientiam oneramus, penitencia salutari, plenam tenore prefencium concedimus potestatem. Datum Herbipoli, anno domini M^o. CCC^o. XX^o. VI^o. nonas iulii.

Nach Schöppach, Henneb. Urkundenb. S. 75. 76 Nr. CXXXVII.

DXLVIII. Bischof Gottfried von Würzburg dispensirt auf Befehl des Pabstes Johann XXII. den Grafen Heinrich von Henneberg wegen seiner Vermählung mit der Markgräfin Jutta von Brandenburg, den 3. Juli 1320.

Gottfridus, dei gracia episcopus Herbipolensis nobili viro Heinricho, nato nobilis viri Bertoldi comitis de Hennenberg, et nobili domine Juette, nate illustris matrone . . . ducisse Wartslauiensis, conthorali sue, salutem in domino sempiternam. Litteras apostolice sedis, non abollitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, vero stilo, filo canapis et bulla plumbea signatas, nobis ex parte vestri presentatas, nos ea, qua decuit, reuerentia recepisse, vidisse et legisse, recognoscimus in hec verba: Johannes episcopus, [Nr. DXXXIII.] anno tercio. Volentes itaque mandatum apostolicum exequi ea reuerentia, qua tenemur, super premissis inquisuimus et inquiri fecimus veritatem: et quia inuenimus omnia et singula ita esse, sicut superius in rescripto apostolico sunt expressa, vobiscum, ut impedimento, quod ex prefata consanguinitate prouenit, non obstante, in eodem matrimonio remanere licite valeatis, auctoritate sedis apostolice predicta nobis commissa, in nomine domini presentibus dispensamus, prout secundum deum animarum vestrarum saluti vidimus expedire, prolem susceptam et suscipiendam ex eodem matrimonio legitimam nunciando. In cuius dispensationis facte testimonium hoc scriptum vobis dari iussimus, nostri sigilli patrocinio roboratum. Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo Vto, nonas iulii, pontificatus nostri anno tercio.

Nach Schöppach, Hennebergisch. Urkundenbuch S. 76. Nr. CXXXVII.

DXLIX. Erklärung des Bischofes Gottfried von Würzburg wegen der zwischen dem Grafen Lützen von Hohenlohe und Sophien, Tochter des Markgrafen Heinrich von Brandenburg, verabredeten Heirath, vom 23. Juli 1320.

Wir Gottfrid, von Gottes Gnaden Bischoff ze Würtzburg, bekennen vnd hun khund offentlich an diesem Briefe, allen den, die in ansehent oder hören lesen, das wir